



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 37. Pax Jerosolymæ acceptatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

æterno dignum, omni munere Sacerdotii, Nomine Christiani, & Communione privatum pronunciavit, quod Sancta Concilia blasphemasset, & calumniatus esset. His in Concilio Constantinopolitano super Libello Monachorum statutis, data est Epistola Synodalis ad Joannem Patriarcham, qui non interfuerant, ut quæ acta essent, Imperatori, Imperatrici & Senatui referret. Epistolæ huic subscripserunt Episcopi quadraginta, quorum præcipui sunt Theophilus Heracleensis, Stephanus Nicomediensis, Basiliscus Cyzicenus, Anastasius Nicenus, Marcianus Calcedonensis, Theodorus Gangrensis, Hypacius Claudiopolitanus, & Cyriacus Thyaneus.

Sæculum VI.
A.C. 518.

to. 5. Conc.
p. 162.

§. XXXVII.

Pax Jerosolymæ acceptatur.

Joannes Patriarcha Constantinopolitanus datis ad Joannem Patriarcham Jerosolymitanum omnesque Metropolitans tunc ibi congregatos litteris, optima nuncia communicavit, scilicet Populi Constantinopolitani acclamationes, Monachorum Libellum, & Decretum Concilii, cujus Acta ipsis diligenter transmissit rogans, ut ea confirmarent. Joannes Constantinopolitanus etiam ad Epiphanium Episcopum Tyriensem dedit Epistolas, & adjuncta Imperatoris Justinii Man-

ibid.

X 3 data,

Sæculum VI. data, quibus omnes ab Anastasio proseri-
 A. C. 518. pti revocari, & Concilium Calcedonen-
se Diptychis inseri jubebantur.

vit. S. Sab. Mandatis istis Jerosolymam delatis
n. 60. p. 326. S. Sabas celeriter advenit. Monacho-

rum Laicorumque infinita multitudine
 concurrente Episcopi Concilium ege-
 runt, atque die sexta Mensis Aug. Fe-
 stum celebratum, Mandata Imperatoris
 publice affixa, & quatuor Concilia Dipty-
 chis inserta. Joannes Jerosolymitanus
 ad Joannem Constantinopolitanum suo
 & omnium Episcoporum, trium in Pa-
 læstina Regionum Nomine, Synodalem
 dedit Epistolam, cui subscripserunt Epis-
tom. 5. Conc. copi triginta tres. Primi sunt Joannes
p. 187. Cæsariensis & Theodosius Scythopolita-

nus, qui tamen Concilio Jerosolymitano
 non interfuerant, sed Joannes S. Sabam
vit. S. Sabæ cum quibusdam aliis Deserti Abbatibus
n. 61. ad eos miserat.

§. XXXVIII.

Reconciliatio Tyriensium.

Epist. Epip. Populus Tyriensis in neminem magis
to. 5. Conc. quam in Monachum, cui nomen Jo-
p. 198. annes, Ecclesiæ S. Mariæ Mansionarium,
 irritatus erat. Is Monachus Pactis cum
 Schismaticis secreto initis Antiochiam se
 contulit, Severo operam addixit, & sua
 manu Anathemati contra Concilium Cal-
 cedonense, & S. Leonis Epistolam sub-
 scripsit.